

tum ex statutis ecclesiarum (1), ex usu fori et consuetudine desumenda sunt.

Jus, quo Angli in judiciis ecclesiasticis utuntur, ex Jure romano et canonico (2), ex Jure communi illius regni (*common law*), et ex comitiorum seu parlamentorum decretis (*statute law*) compositum est. Jus canonicum ea quoque de cunctis comprehendit, quae tum ante tum post schisma in conciliis anglicanis edita sunt (3). Præcipua verò modernæ Ecclesiæ anglicanæ statuta inveniuntur in *articulis*, qui sub regina Elisabetha, a. 1562, compositi, et a. 1571 a comitiis approbati sunt; dein in *Libro canonum* seu constitutionum ecclesiasticarum, qui anno 1597 editus est; in 141 canonibus concilii londinensis, a. 1603, et concilii dublinensis, a. 1684, necnon in illis, qui a. 1640 contra catholicos editi sunt (4).

In Diana res ecclesiastici regiis tantummodo decretis dispositæ sunt, quorum plura exstant. Hodie verò maximam auctoritatem et usum habet legum codex, qui anno 1683 a Christiano V editus est, et toto libro II de rebus ecclesiasticis diffusè agit (5).

Eodem modo in Norvegia Jus ecclesiasticum in legum codices receptum est, quos Christianus IV, 1605, et Christianus V, 1687, ediderunt (6). In Suecia hodie adhuc adhibetur decretum anno 1686 ad ordinandas Ecclesiæ res evulgatum; plures tamen posteà editæ sunt leges, pro quibus diversæ institutæ sunt collectiones (7).

B. 8. Vide etiam: Kamptz die provincial und Statutarischen Recete in der preuss. Monarchie, Berl. 1826, 3. B. 8.—Pro Saxonia: Corpus Juris ecclesiastici saxonici, Dresd. 1708, 4.—Pro Wirtembergia: F. G. Hartmann Kirchengesetze des Herzogthums Württemberg. Stuttg. 1791-98, 4. B. 8, fortgesetzt von Reichlin T. F. Stuttg. 1809, 8.—Mecklenburg, G. C. B. Ackermann Kleine kirchliche Gesetzsammlung. Schwerin, 1820, 8.

(1) Jo. Jac. Moser corpus Juris evangelicorum ecclesiastici, Züllichau. 1730-33, 2, tom. 4. Herm. Casp. Koenig bibliotheca agendorum, Zelle 1726, 4. J. H. Boehmer Jus Eccl. prot. lib. I, tit. II, § 90.

(2) In Anglia pos introductum schisma statutum est ut Juris canonici leges, quæ cum novis rerum circumstantiis convenient, in synopsin redigerentur, interim verò Jus quod hucusque in usu erat adhiberetur quatenus nihil contineret, quod regni legibus ad consuetudinibus necnon Juribus regiis contrarium esset, 25. Henr. VIII, c. 19; 35. Henr. VIII, c. 16; 1. Elizab. c. 1, § 10. Nunquam illa synopsis confecta est, sicut Jus canonicum adhuc in judiciis adhibetur.

(3) Inter hæc de cunctis magna auctoritate gaudent ea quæ sub Othono, Gregorii IX, et sub Othobono, Clementis IV legatis, a. 1230 et 1268, edita, et ab Joanne Athonio comentariis explicata sunt (legantine constitutions). Deinde de cunctis plurim synodorum provincialium (provincial constitutions), quæ ab Archiepiscopis cantuariensis, a Stephano Langtonio usque ad Henricum Clicheleym, celebrata, a Gulielmo Linwodio sub Henrico V (a. 1422) glossis explicata, et a. 1463, in provincia eboracensi recepta sunt.

(4) Habentur hæc monumenta in Wilkins, conc. Britan. t. IV, p. 263-269, 352-356, 380-405, 496-516, 543-549.

(5) Editus est hic codex, latinè redditus, sub titulo: Regis Christiani Quinti Jus Danicum latinè redditum ab Henrico Weghorst, Hafniæ 1698, 4.

(6) Den Norske Lowbog offerseet corrigerit oc forbedrit. Kiæbenh. 1604, 4. Christian V, Norske Low. Kopenh. 1687, 4.

(7) Codex legum suecarum receptus 1734, in comitiis stockholmensibus et latinè versus a Christiano Koenig. Holmiae 1743, 4. Antiquiores collectiones sunt: Utdrag af Sveriges Rikes Lag, och nagre deras Kongl. majestacters Foersæ kringler, Religionstadgar och Brifec. om Evang. Religions-Enighet uti Sverige. Stockhol. 1742, 8. A. A. von Stiernmans Samling utaf atskiliga, tid efter annan. ut komna kongl. Strdgar, bref och forordningar angaende Religion. Stockc. 1744. Samling af foerfattningar och stadgar, hvilka ændra aller forklaara kyrkolagen af ar. 1686, och øenom æro til efterlefnað gællande faerfattad oct utgivten pa Kongl. Maj. nadige be. fallning a. 1813, Stockholm 1817.

LXI. Sæculi XVI initio in Gallia et in Hispania methodus, qua hucusque non sine multis defectibus Juris scientia tractari consuevit perfici cœpit. Principio artis criticæ ope ipsum collectionum receptarum textum emendare atque explicare tentarunt Ant. Demochares (a. 1547), Anton. Augustinus (a. 1586), Antonius Contius (a. 1577), Petrus et Franciscus Pithœus (a. 1596-1621), quibus alii adjungi debent, qui antiquiores Juris canonici collectiones ediderunt et interpretati sunt, scilicet Edmundus Bonefdius (a. 1574), Jo. Leunclavius (a. 1593), Francisca Pithœus, Cristophorus Justellus (a. 1661), Guilel. Beveregius (a. 1707), et Stephanus Baluzius (a. 1718). Novus in tractandis scientiis vigor, qui hoc tempore inter eruditos excitatus fuit, mox et aliis lucubrationibus in Jus canonicum sese manifestare cœpit, quibus multifariam auctum, et ad commodiorem fori usum explicatum est. Novi tum in decreti (1), tum in decretalium Gregorii IX (2), et Clementis V (3) textum commentarii editi; breviora quoque, et ad instar Justiniani institutionum methodico ordine digesta compendia elaborata sunt (4). Dein ex illis commentariis, contracta in unum diversorum locorum communis materia, ampliora systematica opera evulgata, quæ tamen pro maxima parte secundum decretalium titulorum ordinem distributa sunt, quod præcipuè apud Germanos, etiam protestantes (5), in usu fuit (6). Inter alias vero nationes mox diversus

(1) Joan: Dartis [m. a. 1651], commentarii in universum Gratiani decretum [in opp. canon. Paris. 1656 fol.]

(2) Joan. a Costa [m. a. 1637], summaria et commentarii in decretales Gregorii IX noviss. ed. Neapol. et Lips. 1778, II vol. 4; Em. Gonzalez de Tellez [m. a. 1650], commentarii ad decretalium V libros Gregorii IX noviss. ed. Lugd. 1713, IV vol., fol.; Inn. Cironii [m. a. 1650] Paratilla in quinque libros Gregorii IX noviss. ed. Vindob. 1761, II vol. 4; Prosper. Fagnani [m. a. 1678] Jus canonicum, sive commentaria in decretales, nov. ed. Colon Allobr. 1759, VI vol. fol.

(3) Ant. Alteserræ [m. a. 1682], in libros clementinarum commentarii nov. ed. Hallæ 1782, 8; Clementis V constitutiones in concilio viennensi in Gallia editæ anno MCCCXII notis locupletatæ, auctæ et illustrate ab Hieron. Baldassino, Romæ 1769, 4.

(4) Jo: Paulo Lancelotti [m. a. 1591], institutiones Juris canonici, Perus. 1563, 4 nov. ed. cum notis variorum, Hallæ 1716, IV vol. 4; Ant. Augustini [m. a. 1586], institut. Jur. Pontificiæ, [in opp. tom. VII]; Henrici Canisii [m. a. 1610], summa Jur. canonici in IV institut. libros contracta, nov. ed. Heribpoli 1707, 8; Arn. Corvinus [m. a. 1648], Jus. canon. per aphorismos strictim explicatum. nov. ed. Aug. Vindel. 1782, 8; Franc. de Roye [m. a. 1686], Institut. Jur. canon. libri III, nov. ed. Lips. 1722, 8; Witeb. 1748, 8; Claud. Fleury [m. a. 1723], Institutiones Juris ecclesiastici, nov. ed. Francof. 1759, 8. Paris 1767, 8.

(5) J. H. Boehmer [m. a. 1749], Jus ecclesiasticum protestantium, nov. ed. Hallæ 1756, V. Vol. 4; ejusdem institutiones Juris canonici tum ecclesiastici, tum Pontificiæ ad methodum decretalium, nov. ed. Hallæ 1760, 8.

(6) P. Laymann [m. a. 1635], Jus canonicum seu commentarii in libros decretales nov. ed. Dilling. 1673, 4; H. Wagnereck [m. a. 1664], commentator exegeticus sacrorum canonum, Dilling. 1672; L. Engel [m. a. 1674], collegium universi Jur. canon. nov. ed. Salisb. 1770-4; R. Koenig. [m. a. 1713], principia Juris canon. ex libris V decretalium Gregorii IX. Salisb. 1697; Anacl. Reiffenstuel Jus canon. universum juxta titulos librorum V decretalium, Venet. 1704, III vol. fol. Ingolst. 1743, VI vol. fol.; J. Wiestner institut. canon. sive Jus ecclesiast. ad decretal. Gregor. IX libros quinque, Monach. 1705, V vol. 4; F. Schmalzgruber Jus ecclesiast. univers. Ingolst. 1726, III vol. fol.; vit. Pichler Jus canon. secundum Gregorii IX decretalium titulos explanatum. Aug. Vind. 1728-1741, fol.; Fr. Schmier [m. a. 1728], jurisprudentia canonico-civilis, seu Jus canonicum universum juxta libros V decretalium, nov. ed. Avenion. 1738, fol.; Plac. Boeckhn [m. a. 1752], commentator in Jus canonicum universum, nov. ed. Paris 1776, III vol. fol.; Pertinet hoc etiam Joan. Devoti Juris canonici universi publici et privati libri V, Romæ 1802. Opus non absolutum, quod præter prolegomena duos tantum decretalium libros complectitur.

dissimilari ordo, atque diversa materiarum dispositio adhibita fuit, quod nostris temporibus quasi ab omnibus usurpatum est (1).

Catholici scriptores sere omnes tum in amplioribus (2), tum in brevioribus (3), quas ediderunt, lucubrationibus protestantium Jus ecclesiasticum neglexerunt; protestantes e contra, paucis tantummodo exceptis (4), utrumque catholicorum scilicet et protestantium amplexi sunt (5).

Præter germanos, qui in supranotatis libris precipue ad proprias suæ regionis institutiones attenderunt, Galli (6), quoque et Hispani (7) particularia sua jura

(1) Boet. Epo [m. a. 1599], de Jure sacro. Duaci 1588; A. Barbosa [m. a. 1649], *Juris eccles. universi libri tres de personis, locis et rebus ecclesiast.* Lugd. 1699; I. Cabassutius [m. a. 1685], *Theoria et praxis Juris canonici*, nov. ed. Venet. 1757 fol. Z. B. var Espen [m. a. 1728], *Jus ecclesiasticum univer.*, nov. edit. Mogunt. 1791, III vol. 4. I. P.; Gibert [m. a. 1786], *Corpus Juris canon. per regulas naturali ordine digestas*, nov. edit. Lugd. 1737, III vol. fol.

(2) G. Zalwein [m. a. 1766], *Principia Juris eccles. universalis et particularis Germaniae*, nov. ed. August. 1781, IV vol. 4; Eus. Amort. [m. a. 1757], *Elementa Jur. can. veter. et moderni*, Ulm. 1757, III vol. 4; Ubaldi Giraldi expositio Juris Pontificii juxta recentiorem Ecclesiæ disciplinam, Romæ, 1769, III vol. fol. edit. nov. Romæ a. 1830. P. J. Rieger [m. a. 1775], *Institutiones jurisprud. ecclesiast. nov. ed.* Lovani. 1780, IV vol. 8; J. Devoti institut. canon. libri IV, Romæ, 1785, IV vol. 8; edit. sept. Rom. 1829. F. A. Frey [m. a. 1820], *Kommentar ueber das Kirchenrecht*. zweite Aufl. Kitzingen 1823, 4. Bde 8.

(3) Jul. Caponi Icti Neap. *Institutiones canonicae*. Colon. Allobr. 1734, 8; P. A. Danieli institut. canon. libri III, Romæ 1737, 4; A. Schmidt [m. a. 1805], *Institut. Jur. ecclesiast. Germaniae accommodat.* ed. III, Bamberg. 1778, II vol. 8; Ph. Hedderich [m. a. 1803], *Elementa Jur. can. ad statum ecclesiarum Germania præcipue Ecclesiæ coloniensis accommodata*, ed. II, Bonnæ 1791, IV part. 8; P. G. Kufner [m. a. 1792], *Synopsis jurisprud. eccles. universæ publ. et privat. statui Germaniae maximè Bavariae accommodatae*, Burghusii, 1781, 8; J. Zallinger Institut. Juris natur. et ecclesiast. publici libri VI, Aug. Vind. 1784, Traj. ad Rhen. 1823, Institut. Jur. eccles. publ. et privati libri II, subsidiarii, Aug. Vind. 1791, instit. Jur. eccles. maximè privati, ibid. 1791; Maur. Schenkl [m. a. 1816], instit. Jur. eccl. statui german. maximè Bavariae accommodat. ed. IX, Landish. 1823, II vol. 8; J. A. Sauter. [m. a. 1816], *fundamenta Jur. eccles. catholici* ed. III, Friburg. 1825, II vol. 8; Gambsjaeger [m. a. 1816], *Jus ecclesiast.* Heidelb. 1815, II vol. 8.

(4) B. Carpzav [m. a. 1660], *Jurisprud. ecclesiast. seu consistorialis*, nov. ed. Lips. 1721, fol. Chr. M. Pfaff [m. a. 1760], *Institut. Jur. ecclesiast. nov. ed.* Tuebing. 1738, 8; C. F. Hommel [m. a. 1781], *principia jur. ecclesiast. protestant.* Viteb. 1770, 8; J. L. von. Moscheim [m. a. 1755], *Allgemeines Kirchenrecht der Protestantten*. Neue Aufl. Leipzig. 1801, 8; H. Stephani *Das allgemeine kanon. Recht der protest. Kirche in Teutschland*. Tuebing. 1825, 8; J. A. Ziehnert *Prakt. evang. Kirchenrecht mit besonderer Beziehung. auf Sachsen, Preussen und andere evangelische Laender.* Meissin. 1826, 2 Th. 8 J. G. Pahl *das öffentliche Recht der evangelisch-lutherischen Kirche in Teutschland*. Tuebing. 1827, 8.

(5) Jo. Schilter [m. a. 1785], *Instit. Jur. canon. ad Ecclesiæ veteris et hodiernæ statum accommodatae* nov. ed. Fret. et Lips. 1749, 8; J. G. Pertsch [m. a. 1754], *Elementa Jur. canon. et protestantium ecclesiastici*, nov. ed. Francof. 1741, II vol. 8; J. R. Engau [m. a. 1754], *Elementa Jur. canonico-ecclesiastici*, nov. ed. Eenæ 1753, 8; C. L. Boehmer [m. a. 1797], *principia Jur. canonici*, ed. VII, Goetting. 1809, 8; A. J. Schnaubert [m. a. 1825], *Grundsätze des Kirchenrechtss der Protestantten und Katholiken in Deutschland*, Jena, 1790-94, 2 Th. 8; Neue Aufl. 1805, 2 Th. 8; G. Wiese (a. 1824), *Handbuch des gemeneinen in Deutschland ueblichen Kirchenrechts*. Leips. 1799-1804, 3 Th. 8; Th. Schmalz *Handbuch des kanonischen Rechts*, zweite Aufl. Berlin 1824, 8.

(6) L. Dubois (m. a. 1731) *Maximes du droit canonique de France*, Paris 1703, 2 vol. 12; L. de Héricourt (m. a. 1752), *Lois ecclésiastiques de France*, Paris 1771, fo.

(7) Gondisalvo de Suarez de Paz *praxis ecclesiastica et secularis apud Hispanos*, Ameti, 1591, fol. *Collectio maxima conciliorum Hispaniæ epistolarumque decretalium celebriorum a Jos. card. de Aguirre edita, nume vero ad Juris canonici corporis exemplum nova methodo digesta a Sylvestro Puego*, Matriti 1784, 1, vol. 4.

explicarunt: protestantes, inter quos Angli præ cæteris eminent (1), proprium uniuscujusque regionis Jus, quod in foro ecclesiastico adhibetur, exponere consueci sunt (2). Plures alii libros conscripsere, in quibus Jus canonicum civili conferre, aut in unum juris corpus reducere tentarunt (3); alii ad particularia collectionum loca annotationes consecere: alii consultationes, quorum magnus exstisit numerus, collegunt.

LXII. Præter eas vero lucubrationes, quæ maximè ad interpretandas explanandasque Ecclesiasticas leges illarumque in forensi exercitatione usum elaboratae sunt, alia quam plurima edita fuerunt opera, quæ tum historiam, tum alias scientias Juri affines ac socias complexa sunt. Sic plures adsunt libri, in quibus fontium historia aut ex integro exponitur (4), aut de particularium quorundam monumentorum et temporum indole ac conditione latius et accuratius disseritur; que in genere Itali præsertim emicuere. Cumque harum rerum cognitio ad petitionem Juris scientiam omnino necessaria videretur, plures de iis egerunt in li-

(1) Rich. Hooker *Of the laws of ecclesiastical policy eight books*, Lond. 1671 2 vol. fol. Oxford. 1795, 3 vol. 8; Edm. Gibson codex *Juris ecclesiastici anglicani*, or statutes, constitution, etc. of the church of England methodically digested. Second edit. Lond. 1711, 2 vol. fol. Rich. Burn *the ecclesiastical law*, Eight edit. correct. by R. Ph. Tyrwhitt, Lond. 1524, vol. 8 (ordinatio alphabetico).

(2) P. L. Roman *Versuch eines badischen evangelisch-lutherischen Kirchentrechts*, Pforzheim 1806, 8; J. H. Chr. von. Selchow *Anfangsgrund des braunschweig-Lüneburg. Privatrechts*, Goett. 1760, 2 Th. 5; J. K. F. Schlegel *kurnannoev. Kirchenrecht*, Hannov. 1801-6, 5 Th. 8; H. W. Ledderhose *Versuch einer Anleitung zum hessen-kasseschen Kirchenrecht neu bearbeitet von C. H. Pfeiffer*, Cassel 1821, 8; F. W. C. Sigelkow *Handbuch des Meklenburg. Kirchen und Pastoralrechts*, Rostock 1797, 8; W. Otto *Handbuch des besondern Kirchenrechts der evang. christl. Kirche im Herzogthum Nassau*, Nürnb. 1828, 8; G. A. Bielitz *Handbuch des preuss. Kirchenrechts*, Leipz. 1818, 8; J. P. C. Philipp *Worterbuch des preuss. Kirchenrechts*, Zeitz 1821, 8; J. B. von. Rohr *vollstand. obers. Kirchenrecht*, Frkf. u. Leipz. 1723, 4; W. F. Kunze *praktische Anweisung des Kirchenrechte in kursachs.* Landen. Dresden 1789, 8; J. K. Kees *Handbuch des protest. Kirchenrechts nach den neuesten besond. sachs. Gesetzen*, Leipz. 1791, 8; C. D. Weber *Systemat. Darstellung des im Koenigreich Sachsen geltenden Kirchenrechts* Th. I Leipz. 1819, Th. II Abth. I 1825, 8; *Versuch eines oberlausitzischen Kirchenrechts*, 1796, 8; N. J. Johansen *Versuch das kanonische Recht*, so weit es für die Protestanten brauchbar ist, mit den eignen Worten der Kirchengesetze für die Herzogt. Schleswig und Holstein zu belegen, Friedrichst. 1804, 2 Th. 4; C. F. Callisen *Abriss des Wissenswürdigsten aus den die Prediger in Schleswig und Holstein betreffenden Verordnungen*, Altona 1810, 8; J. F. Reuchlin *Repertorium für die Amtspraxis der evang. luther. Geistlichkeit in Wirtemberg*, Reutl. 18, 3, 2 Th. 8; J. C. Pfister *die evangelische Kirche in Wirtemberg*, Tuebing. 1821, 8.

(3) J. Oldendorp (m. a. 1567), *Juris civilis et canonici collatio*, Lugd. 1541. Ritterhusen (m. a. 1613), *Differentiae Juris civilis et canonici*. Argent. 1618-1638; J. F. Boeckelmann (m. a. 1681), *Differentiae Juris civilis et canonici hodierni*, Traj. ad Rhen. 1694-1737. Petri Gregorii (a. 1617), *Syntagma Juris universi atque legum penè omnium gentium et rerum publicarum præcipuarum* nov. ed. Frkf. 1611 Genevæ 1623-1639, fol. Auctor Tolose Gallia natus est.

(4) G. van Mastricht (a. 1721), *Historia Juris ecclesiastici et pontificii*. Duisb. 1676, 8; nov. ed. Hallæ 1719, 8; Doujat (a. 1689), *Histoire du droit canonique*, Paris 1677, 8; J. G. Pertsch (a. 1754), *Kurze Historie des kansnischen und Kirchenrechts*, Leipz. 1753, 8; P. G. Zalwein (a. 1766), *Collectiones Juris eccles. antiqui et novi a primordiis Ecclesiæ usque ad decretum Gratiani*, Dissert. I. *Collectiones Jur. eccles. novi et novissimi a decreto Gratiani usque ad nostra tempora*, Dissert. II Saliso. 1760, 4; J. Mulzer (a. 1772), *Historia legum ecclesiasticarum positivarum, quibus in Germania utinam, Eamb. 1772, 8; J. M. Pichler* Geschichte von dem Ursprung, Fortgang und dermaligen Zustand des geistlichen Rechts in catolischen Landern. Ulm. 1773; M. Dannenmayr, *Historia Jur. ecclesiast.* Vindab. 1806, 8.

bris, qui Juris studiosis tanquam prolegomena ad ipsam Juris prudentiam inser-
vire debuerunt (1). Discipline quoque ecclesiasticæ historia tum a Gallis, tum
ab Italîs præclaris scriptis illustrata est (2), quibus plus e protestantibus in ador-
nandis suis operibus usi sunt (3). Ipsius scientiæ ac celeberrimorum doctorum
historia, in prolegomenis tractari cœpit, librorumque ad Jus cononicum pertinen-
tium notitia in catalogis, certa methodo a pluribus digestis, reperiri potest (4).

Philosophicas Juris canonici tractationes quod attinet, protestantes primi in hoc genere versati sunt, dum nexus rempublicam inter et Ecclesiam, de quo nihil certi ac fixi in ipsorum Jure statutum erat, declarare ac stabilire contenderent. Seriū plurimi ex catholicis tum in Juris canonici compendiis, tum in propriis de Jure publico ecclesiastico lucubrationibus generalia Juris naturæ, aut philosophici, uti vocant, principia tradiderunt; at non raro ipsam jus, divina et Ecclesiæ auctoritate statutum, secundum præjudicas, quas ex falsa philosophia atque ex protestantium operibus hauserunt, opiniores, interpretari, atque erroneas quām plurimas doctrinas spargere cœperunt, quæ ad magnum Ecclesiæ detrimentum in politiæ scientiam et ipsas leges receptæ sunt (5).

(1) J. Doujat (a. 1668), *prænotionum canonistarum libri quinque*, Paris 1687, 4; nov. ed. M. tav. et Lips. 1776-79, 2 vol. 8; A. Plettnerberg *Introductio in Jus canonicum*, Hildesh. 1692; J. E. Floerke (a. 1762), *Prænotiones jurisprud. ecclesiast.* Jenæ 1723. Hallæ 1756, 8; F. X. Zech (m. a. 1767). *Præcognita Juris canon. ad Germaniæ catholice principia et usum accommodata*, Ingolst. 1749-1766, 8; J. A. Riegger (m. a. 1795). *Prolegomena ad Jus ecclesiast.* Vindobon. 1764, 8; J. Mulzer (m. a. 1772), *Introductionis in jurisprud. ecclesiast. positivam Germanorum. Pars I, sive præcognita*, Bamb. 1770; G. S. Lakics, *Præcognita Jur. ecclesiast. universi*, Viennæ 1775, 8; C. F. Glück, *Præcognita uberiora universæ jurisprudentia ecclesiastica* positiva Germanorum, Hallæ 1786, 8.

(2) *Manachi Origines et antiquitates ecclesiasticæ*, Romæ 1780. tom. V, 4; *Selvagius, Compend. antiquit. ecclesiasti.* tom. VI, 8; *Neap. et Patav. Schelstrate Antiquitas ecclesiastica dissertationibus illustrata*, tom. III, fol. *Bianchi della podesta e della politia della chiesa, Roma 1745*, tom. VI, P. de Marca (a. 1562). *De concordia sacerdotii et imperii*, Paris 1641, 4; *Ed. Baluz. Parisiis 1663*, fol. ed. J. G. Boehmer, Francof. 1708, fol. Nov. ed. Bamberg, 1788, VI vol. 4; L. Thomassin (a. 1686). *Ancienne et nouvelle discipline de l'Eglise*, Lyon 1678, Paris 1725, III vol. fol. *Vetus et nova Ecclesiæ disciplina circa beneficia*, Paris 1688, III vol. fol. nov. edit. Mogunt. 1787, X vol. 4; L. E. du Pin (a. 1719), *de antiqua Ecclesiæ disciplina dissertationes historice*, Paris 1686, Colon. 1691; *Histoire du droit public ecclésiastique français*, par M. D. B. Paris 1738, II vol. 12 nouv. ed. Londr. II vol. 4; sans date d'année.

(3) J. H. Boehmer (a. 1749). XII dissertationes Juris ecclesiast. antiqui, Lips. 1711, Hallæ 1729, 8; C. M. Plaff (a. 1760), Origines Juris ecclesiastici, Tuebing. 1719. Ulmæ 1759, 4; G. J. Plank Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschaftsverfassung, Hannover 1803-9, 5 Bde. 8.

(4) J. A. de Rieger (a. 1795), *Bibliotheca Juris canonici*, Vind. 1761, II vol. 8; similem indicem dedit Glück in suis prolegomenis.

(5) Maxima adest lucubrationum particularium in Jus canonicum copia, pro quibus propriæ adornatae sunt collectiones Joa. Thom. de Rocaberti Bibliotheca maxima pontificia, Romæ 1695-99, XXI vol. fol. A. Schmidt thesaurus Juris ecclesiastici, Heid. Bamb. et Wirceb. 1772-79, VII vol. 7.

ARTICULUS VI.

DE JURIS CANONICI COMMUNIS FONTIBUS. UTI HODIE DEM IN USU SUNT.

ARGUMENTUM.

- I. De collectionibus publica auctoritate donatis: A. Antequam fuerint conjunctæ, § LXIII. B. Corporis Juris canonici origo, § LXIV. C. Criticæ in corpus Juris lucubrationes, § LXV. D. De corps Juris can. auctoritate et usu, § LXVI. II. De concilio tridentino, § LXVII. III. De mutua fontium in usu relatione, § LXVIII.*

LXIII.

Gratiani collectio, sicuti hodiecum in usu est, paululum ab illa forma, quam primitus ab auctore acceperat, recessit, cum, scholæ presertim manibus ac discussionibus tradita, plures in eam mutationes invectæ sint. Prima siquidem pars in distinctiones CL, ac tertia in V a Paucopalea, Gratiani discipulo, uti supparebantur, tradunt, divisa est. Eodem modo ab ignoto aliquo auctore tractatus ille de poenitentia, qui in secunda decreti parte habetur, in VI distinctiones divisus est.

Deinde CL circiter additamenta, decreto diversis in locis inserta, accessere, quæ, comparatis inter se antiquissimis ejus collectionis codicibus, non ab ipso Gratiano, sed supparum ferè testimonio, tum a Paucopalea, tum certè etiam ab aliis quibusdam adjuncta fuisse constat. Principio a schola neglecta, *Palearum* nomen, ad quod et ipsum illud auctoris invitabat, illis superscriptum est, ut sic tanquam palea a Gratiani seminibus distinguerentur. Seriùs tamen eamdem cum aliis locis auctoritatem adepta sunt (1). Hac forma collectio una cum apparatu descripta, et typis edita est (2).

Ex decretalium collectionibus tres tantummodo publica legis auctoritate domata sunt, collectio scilicet Gregorii IX, Bonifacii VIII, et Clementis V. Haec quoque collections una cum glossis descriptae, et statim post inventam artem typographicam typis editae sunt (3).

LXIII. Quatuor istis collectionibus vigens ac ubique receptum jus continetur, quo factum est, ut communis loquendi usu sub *corporis juris* nomine comprehendenterentur (4). Editiones vero nosdam, hoc communis nomine inscribentes,

(1) Vid. J. A. Riegger Observ. de paleis decreto Gratiani insertis (in opuscul. Friburg. 1773. 8). Novas ex codicum comparatione deductas animadversiones edidit de his paleis prof. Bickell in programmate marburgensi 1827. Variæ de nominis origine adducuntur sententiæ. Sunt qui illud ab auctore deducunt, sunt qui ex verbis P. alia, nimirum *post alia*, quæ Juris canonici studiosi in margine descripserunt, ut significant ea capita esse collocanda post ea quæ Gratianus seripserat, errore librariorum factum putant *Paleæ* nomen. Vide Devoti Jus can. univ. tom. I. c. XVIII. § 25.

(2) Antiquiores editiones Argentorati ab Henrico Eggstein, 1471 et 1472, a Petro Schöffer, a. 1472, et Venetiis a Nic. Jensonio a. 1477 excusae sunt.

(3) Antiquissima editio decretalium Gregorii IX Moguntiae sine anno et loco apparuit, quam dein alia moguntina, an. 1473, romana 1474, basileensis, 1478 et 1473 et 1492 subsecutae sunt. Bonifacii VIII collectio primo apparuit Moguntiae an. 1465 et 1470, Clementis V vero Moguntiae an. 1460-1467-1471, et Argentorati 1471, deinde ambae conjunctum Romae, an. 1472. Harum editionum accuratum indicem exhibet Bickell in opere supra citato (5.106).

(4) Hec modo concilium Basileense reservationes pontificias, in corpore Juris contentas, distinxit ab iis qui in extravagantibus fundatis erant.